MErcurius hẽt orbes quinq; & epicyclum: quorũ extremi duo sunt eccẽtrici secdm quid. Superficies nãq; conuexa suppręmi & concaua ĩfimi mundo contentricę sunt' concaua autem suppręmi & conuexa ĩfimi eccentrice mundo sub ipsis tñ concentricę: & cẽtrum earũ tñ a cẽtro ęquantis quantũ cẽtrũ æquãtis a centro mundi distat. Et ipsum est centrum parui circuli quẽ centrũ deferentis vt videbit describit. Vocant autẽ deferẽtes auge3 ęquãtis & mouent ad motũ octauæ sphæræ super axe zodiaci. Inter hos extremos sunt alii duo sil'r difformis spissitudinis itra se quintũ orbẽ. s. epicyclum deferentẽ locãtes. Superficies nãq; conuexa superioris & concaua inferioris idẽ cum paruo circulo centrum hñt. Sed concaua superioris & conuexa inferioris vna cũ vtrisq; superficiebus quinti orbis aliud centrum hñt mobile quod centrũ deferentis dr. Hi duo orbes augem cẽtrici deferentis vocantur & mouentur regul'r super centro parui circuli cõtra successionem signorum tali velocitate pręcise in tempore quo linea medii motus solis unã facit reuolutionẽ & orbes isti in partẽ oppositũ sil'r unã pficiãt. Et fit motus iste super axe qñq; ęqdistãte axi zodiaci & p centrũ parui circuli transeũte. Motum

aũt horũ orbiũ ſequiť ut centrũ orbis deferentis epicyclũ circũferentiã quã/
dã parui circuli ſilr ĩ tãto tpe regulariter deſcribat. Huius uero ſemidiameter
ẽ tãta quãta eſt diſtãtia qua centrꝫ ęquãtis a cẽtro mũdi diſtat. Vñ hęc circũ/
ferentia p centrꝫ æquãtis ibit. Sed orbis qntus epicyclũ deferẽs ĩfra duos ſecũ
dos locatus mouet in lõgitudinẽ ſm ſucceſſionẽ ſignorꝫ centrꝫ epicycli defe/
rendo regulariter ſup centro æquãtis: quod quidẽ in medio eſt ĩter centrꝫ mũ
di & centrꝫ parui circuli. Hanc tñ habet uelocitatẽ ut centrꝫ epicycli in eo tpe
ſemel reuoluat in quo linea medii motꝰ Solis unã cõplet reuolutionẽ. Habet
ſe nãq; Mercurius in hoc ad Solẽ ut Venus. Fit.n. ſemp ut medi motꝰ Solis
ſit etiã medi motꝰ tus horũ duorũ.

Theorica orbium Mercurii.



Ex his igiť & dictis ſuperiuſ manifeſtum eſt ſingulos ſex planetas ĩ motibus eorum aliquid cuꝫ Sole cõmunicare motũq; illi q̃ ſi quoddã cõmune ſpeculũ & mẽſurę regulam eẽ motibus illoruꝫ Huiuſ autem orbis epicyclũ deferẽtis motus fit ſuper axe imaginario cui extremitates ſicut apparuiť Venere propter motum alium quem habeť latitudineꝫ ſimiliter accedũt ad polos zodiaci & ab eis recedunt axis tñ iſte ſm ſe totũ mobilis eſt ſm motũ centri deferentis in circulo paruo. Patet itaq; ſicut in Luna: centrꝫ epicycli bis ĩ menſe lunari deferentis augem eccentrici ptranſit: ita in Mercurio centrum epicycli bis in anno deferentes augem epicyclũ deferentis pagrare: non tñ eſt in auge deferẽtis niſi ſemel. Aux enim deferẽtis Mercurii nõ circulariter mouet circulares reuolutiones cõplendo ſicut in Lunę contingit. Sed propter motum centri deferentis in paruo circulo nunc ſecundũ ſucceſſionem ſignorꝫ nũc cõtra

ꝓcedit. Habet nãq; limites certos quos egredi ab auge ęquãtis recedẽdo non valet: sed continue sub arcu zodiaci a duabus lineis circulũ paruum cõtingẽtibus a centro mundi ad zodiacum ductis cõprehenso: ascendendo & descẽdendo voluitur atq; reuoluit. Quotienscũq; enim centrũ epicycli fuerit ĩ auge deferentis ipsum ẽt motuum similitudine erit in auge ęquantis & centrũ deferentis in auge sui parui circuli. Quare tunc centrum epicycli in maxima remotione a centro mundi fiet: & centrum deferentis in duplo plus distabit a centro ęquantis quã cẽtrũ ęquantis a cẽtro mundi. Deinde vero cũ cẽtrum deferẽtis ꝑ motũ orbiũ duorũ secundorũ mouebit ab auge sui circli versus occidentem cẽtrũ epicycli per motum deferentis mouebit ab auge æquantis tãtundem versus oriẽtem. Vnde centriũ deferẽtis ad centrũ mũdi ĩcipit accedere: & aux deferẽtis ab auge æquantis versus occidentem recedit cõtinue donec centrũ deferẽtis fuerit ĩ linea cõtingẽte circulum occidentali. Id autem fit cũ ab auge parui circuli quattuor signis distiterit: & tunc similiter centrũ epicycli ab auge æquãtis versus orientem distabit quattuor signis. Aux autẽ deferentis erit ĩ maxima sua ab ęquãtis auge versus occidentẽ remotione: atq; in hoc situ centrũ epicycli fiet ĩ maxima sua quã solet habere ad centrum mundi accessione: non tñ tunc erit in opposito augis deferentis: nec in linea ad paruum circulum contingẽter per centrum mundi producta. Post enĩ descendente centro deferentis versus centrũ æquantis aux deferentis ĩcipit reaccedere versus augẽ ęquãtis: centrũ aũt

Theorica axium & polorum.



epicycli ꝓportionalr descēdet ī altera medietate versus oppositū augis æquā tis. Vñ magis remouebit a cētro mūdi: nec pueniet ad oppositū augis deferē tis nisi cū ip3 fuerit ī opposito augis ęquātis. Idāt fiet cū cētꝝ deferētis pueni et ī cētrū ęquātis: & tūc aux deferētis erit ēt cū auge ęquātis & tā deferēs quā ęquās ex quo ęq̄les ī quātitate cōstituunt: erūt circulus vn⁹: & plus distabit a cētro mūdi cētꝝ epicycli tc: quā distabat cū erat ī situ ab auge ęquātis ꝑ signa q̄tuor. Hic āt cū cētꝝ dferētis recedet a cētro ęq̄3tis ī suo circlo ascēdēdo: cētꝝ epicycli recedet ab opposito augis ęquātis & deferētis & cōtinue magis cētro mūdi ꝓpinq̄bit. S3 aux deferētis remouebit ab auge æquātis ūsus oriētē cōti nue donec pueniat cētꝝ deferētis ad lineā cōtīgētē circulū puū a ꝑte oriētis: q ꝑūct⁹ cōtact⁹ ēt ab auge pui circli ūsus oriētē q̄tuor signis distat. Tūc.n. aux deferētis fiet ī maxīa remotiōe ab æquātis auge ūsus oriētē: & cētꝝ epicycli ite rū erit ī maxīa ei⁹ ad tertiā accessiōe quā hr̄e solet nō tñ erit ī opposito augis de ferētis. Ab hoc vero loco ascēdēte cētro deferētis ūsus augē pui circuli aux de ferētis cōtinue reuertet ad augē ęquātis: & cētꝝ epicycli magis elōgabit a cē tro mūdi ūsus augē æquātis ascēdēdo vsq; dū cētꝝ deferētis ad augē pui cir/ culi pueniet. Nā tūc aux deferētis erit cū auge æquātis: & cētꝝ epicycli sil'r tā ī auge deferētis quā ęquātis. Vñ itēꝝ erit ī maxīa remotiōe a cētro mūdi sic pri mo rursusq; deīde sil'is vt iā dicta ē mutatio redibit. Ex his prio videt ī āno tm̄ semel cētꝝ deferētis eē idē cū cētro æquātis: alias aūt sp deferētis cētꝝ a cētro mūdi distātius eē quā æquātis cētꝝ. Quare sequit cōtrariū ei qd ī supiorib⁹ & venere accidit: vt.s. quāto cētꝝ epicycli vicini⁹ augi ęquātis fuerit tāto velo ci⁹: & quāto vicini⁹ ei⁹ opposito tāto tardi⁹ moueat. Secdo licet cētꝝ epicycli tm̄ semel ī maxīa remotiōe fuerit ī anno a cētro mūdi: bis tñ ī maxima ꝓpinq̄/ tione quā hr̄e solet ip̄m esse cōtingit. Sil'r quāquā bis ī anno sit ī maxima ac/ cessione: tñ tm̄ semel ī anno in opposito augis deferētis reperit. Tertio necesse esse vt oppositū augis deferētis cētro epicycli extra augē æquātis aut opposi tum ei⁹ exīte iter cētꝝ epicycli & oppositū augis æquātis semp verset aliqñ q dem versus centꝝ epicycli aliqñ ab eo tā ꝑcedēdo quā sequēdo sese deuoluēs'. Quarto sicut aux deferēs ad certos limites vtrinq; ab auge ęquātis remouet ita ēt se habet oppositum augis deferētis respectu oppositi augis ęquātis: ma ior tñ est arcus hmōi mot⁹ augis deferētis quā arcus motus oppositi eius. Vñ motus vni⁹ motu alteri⁹ velocior erit. Quīto & si centꝝ epicycli cōtingat esse ī puncto deferētis a cētro mūdi remotissimo nūquā tñ ē ī pūcto deferētis quē cētro mūdi vicinissimū esse cōtingit. Nā dū centꝝ epicycli fuerit in auge defe rentis talis est hītudo deferētis vt oppositū augis ei⁹ sit centro mundi ita vici nū ꝓ ī quacūq; alia deferētis quā h3 hītudine: nullus pūctus ei⁹ vicinior aut tā vicin⁹ centro mūdi reperiat. In tali āt puncto quē vicinissimū eē cōtingit centꝝ epicycli nō est eo tpe quo ꝓpinqssimū cū esse cōtingit: s3 ei⁹ opposito. Sexto ex dictis apparet manifeste centꝝ epicycli Mercurii ꝓp motus supra di ctos nō (vt in aliis planetis fit) circūferētiā deferētis circulārē sed poti⁹ figure hñtis sil'itudinem cum plana ouali ꝑiferiam describere epicyclus vero ī lōgi/

tudinē mouet sicepi cycl⁹ veneris:reuolu tionem tñ vnā ī. iiii. mensib⁹ solaribus fei resup centro suo pfi cit. Termini ãt tabu/ larũ hic sicut ī supio ribus declarant: nisi ꝙ diuersitas ī minu/ tis ꝓportionalibus aliq̃lis existit: æqua/ tiones.n.argumento rum mercurii quæ ī tabulis scribunt sũt q̃ coniungunt dũ cẽ trũ epicycli fuerit in mediocri ei⁹ a terra remotiõe. Hęc aũt ac cidit centro epicycli ab auge ęq̃ztis ꝑ duo signa iiii.grad⁹ & xxx.minuta distãte: sz ī aliis plãetis cẽ tro epicy cli ī lõgitudine media deferẽtis exñte fie bat. Itẽ mima cẽtri epicy cli mercurii a cẽtro mũ/ di remotio fit dũ cẽtrꝫ e/ picycli ab auge ęq̃ztis e/ i⁹q̃tuor signis distiterit. ñ ãt ī aliis cẽtro epicycli ī opposito augis æq̃ztis exñte cõtingebat: mĩuta igr ꝓportiõalia lõgiora sũt excessus remotõis cẽ tri epicycli maxime sup mediocrẽ ei⁹ remotionẽ ī x. ptes ęq̃les diuisus: sz mĩuta ꝓportiõalia ꝓpio ra dñr excessus remotõis cẽtri epicycli mediocris sup remotionẽ ei⁹ mĩmã: sil'r ī. lx. pticulas æq̃les dĩsus. Et sz hoc duplex diuersi tas diametri diffiniat: qa tñ a loco maxĩæ accessiõis cẽtri epicycli ũsus opposi



Theorica minutorꝫ proportionalium.



tũ augis ęq̃ztis mĩuta ꝓportiõalia ꝓpiora minuũt q̃ pri⁹ a loco mediocris re motõis vsq̃ ad locũ maxĩe accessiõis ꝯtinue augebãt ideo dr̃ ĩ mercurio mĩu/ ta ꝓportiõalia tripl'r se hr̃e: q̃ tñ in venere: atq̃ trib⁹ supioribus dupl'r: in luna simpl'r vt mãifeste patuit: se hr̃e solẽt. ¶ De passionib⁹ planetarꝝ diuersis.

PLaneta dr̃ direct⁹ qñ linea veri mot⁹ ei⁹ ꝓm successionẽ signorꝝ ꝓgredit retrograd⁹ãt cõtra. Statiõari⁹ vero dũ hęc lĩea stare vr̃. Statio prĩa ĩ prĩa significatiõe ẽ pũct⁹ epicycli ĩ quo dũ fuerit plãeta ĩcipit retrogradari. Statio scda ĩ prĩa significatiõe ẽ pũct⁹ epicycli ĩ quo dũ plãeta fuerit ĩcipit dirigi. Hæ

Theorica stationum z regressionum.



uo stationes exñte cẽtro epicycli ĩ eodẽ situ dfe rẽt vtrĩq̃ ab opposito augis ꝯq̃ epicycli ęqdi stãt. Statio prĩa ĩ scda significatiõe ẽ arc⁹ epi cycli augẽ verã epicy/ cli & pũctũ stationis p/ me iteriacẽs. statio se/ cũda ĩ scda signãtiõe ẽ arcus epicycli ab au/ ge uia p oppositũ ei⁹ vs q̃ ad pũctũ stationis se cũde arc⁹ directiõis ẽ arc⁹ epicycli a statiõe scda p augẽ vsq̃ ad sta tionẽ pmã ĩ prĩa signã tiõe. arc⁹ãt retrograda tiõis ẽ arc⁹ epicycli a pũcto stratiõis prĩæ p oppositũ augis ad pũ ctũ statõis se: hi uo ar cus maiorãt & miorãt pp pdcõꝝ pũctorꝝ variationẽ: q̃ z to. n. cẽtrꝝ epicycli vicini⁹ fuerit opposito au gis æq̃ztis tãto pũcta stationũ viciniora sĩt opposito uæ augis epicycli: hoc idẽ tãto magis euẽit q̃ z to plãcta maiorẽ epicyclũ & motũ argumti tardiorãh z vñ & tpa directionũ aut retrogradationũ ĩ q̃ztitatib⁹ suis variãt: exit. n. tps ta le cũ arc⁹ ei⁹ p motũ argumti plãetę ĩ vno die didit. Ex dcis seqt si statio prĩa sb trahit a toto circlo remãet statio scda: sz sbtracta statõe prĩa a statiõe scda arc⁹ retrogradatõis hẽbit: q̃ si d toto cclo dmit: mãet arc⁹ directiõis. Lũæ tñ q̃z q̃z e/ picyclũ hẽat sic aliis. v. statio siue retrogradatio ñ accit pp velocitatẽ mot⁹ cẽ/ tri epicycli ei⁹: sp. n. cẽtrꝝ epicycli maiorẽ arcũ zodiaci quolz die sz successionẽ describit q̃z sit arc⁹ zodiaci corrñdẽs arcui epicycli quẽ cẽtrꝝ corpis lunę quo cũq̃ die ꝓm successionẽ ĩ supiori pte epicycli pambulat: tñ eãdũ in supiori me

dietate epicycli fuerit tardã: ĩferiori velocẽ cursu fieri necẽ ẽ. Tardi dñr planetę & mĩuti cursu cũ lĩea veri motꝰ eorꝫ tardiꝰ quã lĩea medii motꝰ: aut cõtra successionẽ ĩcedit. Veloces uo & aucti cursu qñ velociꝰ ꝑm successionẽ mouent: Aucti nũero qñ ęqtio addit sup mediũ motũ. Minuti uo qñ mĩuit. Aucti lumine cũ recedũt a sole vel Sol ab eis. Minuti uo lumĩe cũ accedũt ad solẽ vl sol ad eos. Oriẽtales & matutini cũ oriũt añ solẽ. Occidẽtales vero & vesptini cũ occidũt post solẽ. Oriẽtes ortu matutino sũt q de subradiis exeũtes pp remotionẽ eorꝫ a sole vel solis ab eis mane añ ortũ solis apparere ĩcipiũt. Orientes ortu vesptino sũt q de sub radiis exeũtes pp remotionẽ eorꝫ a sole vespi post solis occasum apparere ĩcipiũt. Occidẽtes occasu matutino sunt q radios solis ingrediunt & pp accessuꝫ eorꝫ ad solẽ mane occultari ĩcipiunt Occidẽtes ãt occasu vespertino sũt q sol radios ĩgrediunt & pp accessuꝫ eorꝫ ad Solẽ aut sol ad eos vespi post solis occasum ĩcipiunt occultari Tres superiores ñ occidũt occasu matutĩo nec oriũt ortu vesptino: sed Venus & Mercuriꝰ atqꝫ luna. Triplex ãt ẽ rõ cur lũa post cõiũctionẽ sua; cum sole qñqꝫ citius qñqꝫ tardiꝰ appareat. Vna declinatio siue obliqtas zodiaci & horizõtis. Nã si sit coniunctio sub ecliptica ĩ medietate tñ a fine Sagittarii ad finẽ Geminorũ: tũc cũ so occidẽdo ĩ horizõte fuerit: plures gradus erũt ĩ circulo reuolutiõis Lunę a luna ad horizõtẽ q̃ de zodiaco a luna ad solẽ. Vñ ĩ climatibꝰ septẽtrionalibꝰ citius videri poterit quã si fuisset ĩ altera zodiaci medietate. Scda ẽ latitudo lunæ ab ecliptica. Nã si post cõiũctionẽ mouet ĩ latitudinẽ septẽtrionalẽ iterꝫ citiꝰ videri poterit q̃ꝫ si moueret ĩ latitudinẽ meridianã. Tertia uo ẽ velocitas motꝰ lunæ veri. Nã si velox ẽ motu citiꝰ apparet quã si tarda foret, Fit igĩ qñqꝫ vt

Theorica coniunctionis & oppositionis luminarium.



cauſę cõcurrãt: tũc eodẽ die & uerũs & n oũa apparet: quãdoq; aũt duę tm̃: tũc ſecũda die põt cõiũctionẽ: quãdoq; uero una ſola: tũc in tertio die uidet quãdoq; ẽt oĩum eorũ oppoſitũ accidit: tunc quarto die cõtigit eã apparere aſpectus planetarũ trinus eſt cũ per tertiã partẽ. Quadratus cũ per quartam. Sextilis uero cũ p ſextã ecliptice partem eorũ vera loca diſtiterint. Coiunctio media planetarũ fit quãdo lineæ mediorũ motuũ eorũ ſm longitudinẽ zodiaci cõiungunt. Vera aũt quãdo lineæ uerorũ motuum ſic conueniunt. Sed uiſibilis qñ lineę ab oculo noſtro p centra corporũ ſuorũ eductę cõiunguntur unũ. Sil'r de oppoſitiõe media vera dicẽdũ. Et attẽdũt hęc in eiſdẽ ſigno gradu & minuto. Ex iſto patet ſępe coniũctionẽ verã eẽ: qñ media p̃ceſſit aut futura ẽ: ſępe ẽt uerã eẽ qñ tm̃ uiſibil'nõ ẽ aliqñ ẽt uiſibilẽ uerã precedere: quãdoq; uero ſequi. Locuſ uerus aſtri eſt pũct⁹ firmamẽti lineã a cẽtro mũdi pcentrũ aſtri ptẽtã terminãs. Loc⁹ãt uiſus ſiue apparẽs p lineã ab oculo pcẽtrũ aſtri ptractam determiãt. Diuerſitas aſpect⁹ aſtri eſt arc⁹ circuli magni p zenith & uerũ locũ aſtri trãſeũtis inter locũ aſtri uerũ & apparẽtẽ ĩterceptus. Inde manifeſtũ eſt quãto vicinius aſtrũ centro mũdi & horizonti fuerit tãto maiorẽ habere diuerſitatẽ aſpectus. Hanc quoq; maximã ĩ Luna reperiri. In Marte vero nõ bene perceptibilẽ. Habet nãq; ſemidiameter terræ ſenſibilẽ ad ſemidiametrũ orbis lunæ: nõ multũ aũt perceptibilẽ ad ſi mediametrũ orbis Martis magnitudinẽ. Diuerſitas aſpect⁹ aſtri ĩ lõgitudine ẽ arcus ecliptice ĩter duos circulos magnos ĩtercept⁹ quorũ vnus p polos ecliptice & locũ verũ pcedit: alter ãt p eoſdẽ polos & locũ aſtri viſu diuerſitas aſtri ĩ latitudie eſt arc⁹ circuli magni p polos zodiaci trãſeũtes & locũ aſtri verũ ĩtercept⁹ ĩter du/

Theorica aſpectum & radiorum.



os circulos ecliptice æqdistãtes quorꝫ vn⁹ p locũ verꝫ astri pgredit alter p locum eius visum. Id aũt qd de his circulis ęqdistãtibus ecliptice intercipit inter circulos magnos p polos zodiaci trãseuntes simile est diuersitati aspectus ĩ longitudine: vnde diuersitas aspectus q̃si linea diagonali quadrãguli cuius latera sunt diuersitates aspect⁹ ĩ lõgitudine & latitudine. Diuersitas aspectus Lunę ad solẽ est excessus diuersitatis aspect⁹ Lunę sup diuersitatẽ aspect⁹ solis. Si vera cõiuncti luminariũ fuerit inter gradũ ecliptice ascendẽtẽ & nonagesimũ eius ab ascendẽte: visibilis eorũ cõiunctio p̃cessit verã. Si aũt iter eundẽ nonagesimũ & gradũ occidẽtẽ fuerit visibil' verã sequet. Sed si ĩ eodẽ gradu. xc. accideret tũc sil' visibilis cõiũctio cũ uera fiet nullaqꝫ diuersitas aspect⁹ ĩ lõgitudie cõtiget. Nonagesim⁹ nãqꝫ gradus ecliptice abscẽdẽte sp est ĩ circulo p zenith & polos zodiaci p̃cedente: latitudo lũę uisa ẽ arc⁹ circuli magni p polos zodiaci & locũ lũę uerꝫ aut uisum trãseũtis iter ecliptica & circulũ sibi æqdistãtẽ ĩcedẽtẽ p locũ uisum interceptus.

Theorica diuersitatis aspect⁹ & cõiunctiõis diuisibilis.





¶ Digiti ecliptici dicũt duodecimę diametri corpis Solaris aut Lunaris eclipsatæ. Minuta casus ĩ eclipsi lunari sũt minuta zodiaci q̃ luna pambulat Solẽ superãdo a pricipio eclipsis vsqꝫ ad mediũ ei⁹: si particularis fuerit: aut vniuersalis sine mora: vel a pricipio vsqꝫ ad initiũ totalis obscuratiõis si vniuersalis cũ mora fuerit. Minuta morę dimidię sũt miuta zodiaci q̃ luna Solẽ superãdo a pricipio total' obscuratõis vsqꝫ ad mediũ ei⁹ perãbulat. Miuta casus ĩ eclipsi solari sũt miuta q̃ lũa a pricipio eclipsis vsqꝫ ad mediũ supatiõe sua vltra solẽ pficit q̃re si minuta ista p supationẽ lũæ ĩ hora diuidãt tp̃s quo ea ptrãsit eueniet. Diamet sol' visual' ĩ auge eccẽtrici. xxxi. miuta chordat: sed ĩ oppo sito.

Theorica eclipsis lunaris.



Theorica eclipsis solaris.



xxxiiii.sp tamen q̃ est ꝓportio.v. ad. lxvi. ea est motus solis ī hora ad diametrū suā visualē lunę vero in auge eccentrici & epicycli. xxix. mīuta sed in auge eccentrici & opposito augi s epicycli.xxxvi.semper tamē q̃ ē ꝓportio.xlviii.ad.xlvii. ea est motus lunæ in hora ad diametrum suū visualē. Quare sequiturq̃ polem fit vt etiam quādoq̃ Solis eclipsis accidat vniuersalis nūquā tñ nālr apparere potest rōne diuersitas aspectus totus sol toti terrę vlr eclipset. Dū sol in auge eccētrici fuerit diameter vmbre ī loco trāsitus lunę se habet ad diametrum lunę visualē sicut.xii. ad. v. Excessus autem eius dū sol est ī auge super diametrū eius dū sol alibi fuerit ī eccentrico decuplus est ad dr̄iam motuū Solis ī hora q̃bus dum est ī auge atq̃ illo loco alio mouetur.

¶ De declinatione & latitudine.

DEclinatio stellę est distantia ipsius ab ęqnoctiali: & cõputat in circulo trãseunte p polos mũdi & verę locum stellę quẽ linea a cẽtro mũdi per centrũ corporis stellę ducta designat. Latitudo ãt stellæ est distãtia eiꝰ ab ecliptica & cõputatĩ circulo p polos eclipticę & verę locũ stellæ mõ dictũ eũte. Ex his & de Sole supra dictis manifestũ ẽ Solẽ nullã hre latitudinẽ: licet declinationẽ habeat: eoqꝫ semp supficies deferentis eius in supficie eclipticę permaneat. Luna aũt & alii qnqꝫ latitudinem hẽnt. In luna nãqꝫ p/pter declinatiõem axis augẽ mouẽtiũ ab axe zodiaci supficies plana deferẽtis eius sp supficiẽ planã eclipticæ secat super diametro mũdi ab eadẽ ĩ p tes oppositas declinãdo quãtitate suæ maxie declinatiõis semp eadẽ inuariabilr pmanẽte supfici es nãqꝫ plana epicycli eiꝰ nũquã a supficie deferẽtis recedet. Qua p/pter nõ hz nisi latitudinẽ vnã. s. q̃ pp declinationẽ deferentis ab ecliptica contingit. Hæc aũt cognoscit per argumentũ latitu/dinis Lunę verũ. Vnde argumentũ latitudinis Lunę mediũ ẽ arcus zodiaci inter lineam veri motus capitis draconis & lineam medii motus Lunæ ꝓm successionem signorum acceptus. Argumentum aũt latitudinis Lunę verũ ẽ arcus zodiaci a linea veri motus capitis ad lineã veri motus Lunę numeratus ꝓm successionem: Subtracto igitur vero motu capitis de vero loco lunæ aut addito vero motu lunæ cũ medio motu capitis argumẽtũ latitudinis lunę verę pdibit. Tres vero supiores duplicẽ hñt latitudinẽ: vnã q̃ cõtingit pp declinationẽ supficiei deferẽtis a supficie eclipticę ĩ oppositas ptes sic in luna

Theorica declinationis & latitudines.



ſemp quãtitate maxia iuariabili manẽte iterſectiones tñ deferẽtiũ cũ ecliptica ſup diametro mũdi q̃ ẽt caput & cauda dñr nõ mouent ſicut ĩ luna cõtra ſuc ceſſionẽ ſignorũ ſed ſicut dictũ ẽ ꝑm motũ octauæ ſphæræ; ita vt auges deferẽ tiũ illorũ ſp circũferẽtias ecliptícæ æqdiſtãtes a pte ſeptẽtriõis deſcribãt. Quã/ quã ãt auges illorũ ſp ſint ſeptẽtrionales nõ tñ ĩ oĩb⁹ trib⁹ ſunt pũcta maxima rũ latitudinũ deferẽtiũ ab ecliptica; ĩmo ſolũ ĩ Marte ſic ẽ vt aux deferẽtis ma xime declinet ad aqlonẽ ab ecliptica. Sed ĩ ſaturno talis pũct⁹ diſtat añ augẽ ſui deferẽtis. ſ. cõtra ſucceſſionẽ. l. gradib⁹. In Ioue vero poſt augẽ. ſ. ꝑm ſuccef ſionẽ gradib⁹. xx. Latitudinẽ ãt aliã ex pte ſupficiei planę epicycli qñq; a ſupfi cie deferẽtis plana declinãtis. Mouet.n. epicyclus ĩ latitudinẽ reſpectu augis verę ſup axe ſuo cẽtrũ ei⁹ & lõgitudines medias trãſeũtes; talr tñ vt cũ cẽtrũ epi cycli fuerit in nodo capitis aut caudæ: aux vera & oppoſitũ epicycli directæ ſint ĩ ſupficie deferẽtis; & ſupficies epicycli ĩ ſupficie ecliptícæ. Poſtquã ãt rece dit a nodo: diameter augiũ epicycli declinare ĩcipit a ſupficie deferẽtis ita ꝙ oppoſitũ augis verę epicycli remoueri incipit ſupficie deferẽtis verſus cã ptẽ ad quã medietas deferẽtis p quã tũc moueri cẽtrũ epicycli ĩcipit ab ecliptica: & aux vera epicycli tãtundẽ ad partẽ oppoſitã. Et ſic cõtinue remouent aux & oppoſitũ augis epicycli a ſupficie deferẽtis donec cẽtrũ epicycli pueniet ad pũ ctũ deferẽtis maxime ab ecliptica declinãte. ſ. iter duos nodos mediũ; ibi tũc maxie epicycli ſupficies cũ dicta diametro a deferẽte declinat. Ab hoc ãt loco ſucceſſiue declinatio epicycli a deferẽte minorat vſqꝙquo centrũ epicycli pue nit ad nodũ aliũ; in quo itẽrũ tota ſupficies epicycli erit ĩ ſupficie ecliptícæ; & diameter augiũ veraꝝ ĩ ſupficie deferẽtis vñ axis ſup quo fit mot⁹ iſte ĩ latitu/ dinẽ ſemp dũ centrũ epicycli extra nodos fuerit ſupficiei eclipticę æqdiſtabit. Ex his apparet prĩo ꝙ axis vt dictũ eſt ſupius ſup quo fit reuolutio epicycli ĩ lõgitudinẽ; axi eclypticę qñq; ęqdiſtabit; qñq; vero nõ; nunquã ãt axi eccẽtri ci æqdiſtabit. Secũdo ſemp corpus planetę dum ĩ ſupiori medietate epicycli fuerit cẽtro epicycli extra nodos exiſtẽte; erit iter duas ſupficies. ſ. eclipticę & ſui deferẽtis; dum ãt fuerit ĩ inferiori medietate epicycli erit diſtantius ab ecli ptica quã deferẽs ab eadẽ. Nõ igit ſp aſtrũ inter deferẽtẽ & eclypticã reperiet. Tertio auges epicyclorũ veras & medias nõ ſemp terminos eẽ linearũ q̃ p cẽtrũ epicycli trahunt. Verũtñ eas p tales lineas cõtingit determinari. Vñ aux me/ dia epicycli ſemp eſt ĩ ſupficie plana orthogonalr ſupficiẽ deferẽtis ĩ linea au/ gis medię ſecãte; & aux vera epicycli ĩ ſil'i ſupficie ſecãte deferẽtẽ ĩ linea augis verę q̃rto manifeſte patet cẽtra deferẽtiũ & ęquãtiũ a ſupficie plana ecliptice declinare. Latitudines ãt horũ q̃ ſcribunt ĩ tabulis cõtingũt dum cẽtrũ epicycli ĩ pũcto deferẽtis maxie declinãte fuerit. Sed Venus & Mercuri⁹ triplicẽ ſolẽt hr̃e latitudinẽ vnã ex pte deferẽtis q̃ deuiatio dr̃. Aliã ex pte ĩclinatiõis diame tri augis veræ & oppoſiti epicycli q̃ inclinatio vocat. Tertiã ex pte reflexionis diametri lõgitudinũ mediarũ reſpectu augis veræ q̃ reflexio appellat ſupficies nãq; deferẽtis ĩ latitudinẽ nũc ad ptẽ ſeptẽtrionis nũc meridiei ſup diametro mũdi mouet; cuius motus poli vtrinq; ab auge ęquãtis nonagĩta gradibus

ecliptícæ diſtãt:ibi.n.caput & cauda fiũt. Hic tñ motꝰ latitudis motui cẽtri epicycli talr ẽ ꝓportionatꝰ vt qũ centꝝ epicycli fuerit ĩ aliquo loco nodoꝝ ſ. xc.gradibꝰ ab auge æquãtis diſtãs:nulla ẽ deuiatio deferentis:ſed tota ſupfi/cies eiꝰ ĩ ſupficie ecliptícę exiſtit. Deide cẽtro epicycli eiꝰ a nodo recedẽte ici/pit deferẽs deuiare ita vt medietas eiꝰ quã ingredit centꝝ epicycli ĩ Venere q dẽ ſp declinet ad aqlonẽ:ĩ Mercurio ũo ſp ad auſtꝝ. Et augẽt ſucceſſiue deuia/tio dõec cẽtꝝ epicycli puenerit ad augẽ deferẽtis vel eiꝰ oppoſitũ:tũc.n deuia tio ẽ maxĩa:ĩ Venere qdẽ mĩuta.xvii.ĩ Mercurio minuta.xlv.q̃ vlteriꝰ cõtinue mĩorat vſqꝫquo cẽtꝝ epicycli ĩ nodũ aliũ puenerit:vbi rurſus nulla fiet ꝑuia tio. Poſt itꝝ fiet vt priꝰ. Vñ patet ſic nũquã cẽtꝝ epicycli veneris ũſus meri/die deuiat ab ecliptica: ita nũquã cẽtꝝ epicycli Mercurii ũſus aqlonẽ cõtĩgit deuiare. Mãifeſtũ ẽ ẽt motũ circuitõis cẽtri epicycli ĩ deferẽte ęq̃lẽ eẽ reditõi ꝑ ferẽtis ĩ latitudĩe. Hĩc ſilr appet polos ſup qbꝰ fit motꝰ deferẽtis ĩ lõgitudinẽ vt dictũ ẽ ſupra nũc ad polos zodiaci accedere:nũc ab eis remoueri pp dictas ãt deuiatiões orbibꝰ p̃numeratis aliũ mũdo cõcẽtricũ p̃dictos oẽs ĩcludẽtẽ ſup addi videt oportet:ad cuiꝰ motũ trepidatiõis p̃dicte deuiatiões accidãt ſ3 ſu/pficies epicycli plana a ſupficie deferẽtis hac atq̃ illac declinãdo mouet. Prĩo ſup diametro epicycli p lõgitudĩes medias ab auge vera eũte:quo motu fit vt diamet augis vere & oppoſiti ſupficiẽ deferẽtis ſecet: ita vt aux vera ĩ vnã ptẽ & oppoſitũ ĩ aliã a deferẽte declinẽt hęc tñ decliatio motui cẽtri epicycli talr ꝓportionat vt qñcũq̃ cẽtꝝ epicyli fuerit ĩ auge ęq̃3tis dicta diamet nuſquã a deferẽte declinet:ſed ĩ ſupficie eiꝰ cõſtituat. Cẽtro ãt epicycli ab ea recedente aux vera epicycli a ſupficie deferẽtis decliare ĩcipit:in Venere qdẽ verſus ſeptẽ trionẽ:ĩ Mercurio vero ad meridiẽ:& oppoſitũ augis verę ad ptẽ oppoſitã: q̃ decliatio ɔtinue augẽt vſqꝫquo cẽtꝝ epicycli ad nodũ caude puenerit.ſ.dũ ab auge æquãtis.xc.gradibꝰ ſm ſucceſſionẽ ſignoꝝ deſtiterit:tũc.n.maxĩa dictæ diametri cõtĩgit decliatio : q̃ poſtea cõtinue mĩorabit donec cẽtꝝ epicycli ad oppoſitũ augis æquãtis puenerit vbi rurſus nuſquã dcã diameter declinat ſ3 ĩ ſupficie ꝑferẽtis cõſtituit ĩde vero cẽtro epicycli recedẽte ũſus nodũ aliũ aux vera declinare ĩcipit a ſupficie deferẽtis:ĩ Venet qdẽ ad meridiẽ:ĩ Mercurio ãt ad aqlonẽ: & oppoſitũ augis ad ptẽ oppoſitã: & maiorat ſucceſſiue decliatio dõec ad nodũ aliũ puenerit cẽtꝝ epicycli:vbi rurſus maxĩa fiet dehĩc ãt decre/ſcit dõec ĩ augẽ æquãtis venerit:vbi ſic prĩo dcã diamet ĩ ſupficie ꝑferẽtis erit ĩ de prior diſpõ redit. Q̃ñcũq̃ igit maxĩa deferẽtis deuiatio cõtĩgit nullã epicy clus declinationẽ hẽt: & qñ hæc nulla ẽ: illa maxĩa eſt. Scdo ãt mouet ſupfici/es plana epicycli a ſupficie deferẽtis declinãdo ſup diametro epicycli p augẽ verã & eiꝰ oppoſitũ eũte:quo motu fit vt diamet p lõgitudĩes medias ab auge vera trãſiẽs ſupficiẽ deferẽtis q̃ñq̃ ſecet:ita vt medietas epicycli:ſiniſtra ĩ vnã ptẽ:dextra ĩ aliã a deferẽte reflectant:ſiniſtrã ãt voco q̃ poſt augẽ epicycli ſ3 ſuc ceſſionẽ exiſtit hec tñ dcã diametri reflexio ẽt motui cẽtri epicycli ꝓportiona ta ẽ talr vt qñcũq̃ cẽtꝝ epicycli fuerit ĩ nodo capitis.ſ.ĩ iterſectiõe añ augẽ de/ferẽtis cõtra ſucceſſionẽ ſignoꝝ gradibus.xc.nulla ſit dictę diametri reflexio:

ſed in eadē ſupficie cū deferēte locet cētro ãt epicycli hinc verſus augē recedē/ te medietas diametri dictę ſiniſtra ſiue orientalis a ſupficie deferētis: ĩ Venere qdē ad ſeptētrionē: ſed ĩ Mercurio ad auſtrū incipit reflecti: altera vero medie tas verſus partē oppoſitã: q̃ qdem reflexio cõtinue auget vſq; quo cētr; epicy/ cli ad augē ęquãtis venerit vbi tũc maxima fiet. Poſt vero verſus nodũ aliũ d̃ creſcet donec ad eũdē centr; epicycli pueniet vbi rurſus nulla accidet reflexio ſed ab hoc loco cētro epicycli trãſeũte verſus oppoſitũ augis ęq̃ꝫtis iter; me/ dietas ſiniſtra diametri euntis p lõgitudines medias ĩcipit reflecti: in Venere qdē ad meridiē: ad aqlonē ãt in Mercurio: & augebit vſq; quo veniet ad oppo

Theorica latitudinum.



ſitũ augis æq̃ꝫtis: vbi tc̃ iter; maxi/ ma fiet. Hic ãt mi nuet ſucceſſiue vſ q; dũ cētr; epicy/ cli ad nodũ capi/ tis reũtit: vbi nul la fiet reflexio & rurſus latitudo p/ or ĩdibit manife/ ſtũ ẽ igĩ ĩ loco d̃fe rētis vbi nlla ori/ git epicycli d̃clia/ tio maximã ei⁹ re flexiõeꝫ accidet d̃ uiatões itaq; ab e cliptica: d̃cliatõeſ ãt & reflexões a de ferēte cõputãt & q̃ ſcribũt ĩ tabul' ſt q̃ origũt dũ ma xie fiunt cũ ãt ma xia cõtigit ĩflexio .ſ. ĩ auge deferētis vl' oppoſito exñte cētro epicycli: extremitas diametri q̃ reflectit minorẽ hꝫ ĩfle xionẽ q̃ꝫ plures ptes circũferētię epicycli ſub ea uſus oppoſitũ augis exñtis: pũct⁹ tñ circũferētię epicycli cõtact⁹ a linea eã cõtigẽte a cētro mũdi ptracta: tũc pęęteris maximã hꝫ reflexionẽ ſic itaq; mot⁹ declinatiõis epicycli fit ſup diametro q̃ reflectit: ita ecõuerſo mot⁹ reflexiõis epicycli ſup diametro declinã te accidit. Vñ viciſſim vna ẽ axis mot⁹ alterius. Nõ igit ĩ iſtis ſic ĩ ſuperiorib⁹ oportet axẽ ſup quo ſit mot⁹ ĩclinatiõis epicycli cũ extra nodos fuerit ſuperfi ciei eclypticę ęqdiſtare ꝓpter dcãs epicyclor; ĩclinatiões atq; reflexiões orbes parui epicyclos ĩtra ſe locãtes a qbuſdã ponunt ad quor; motũ eędẽ cõtigũt.

¶ De motu octauæ sphęrę.

Octauę vero sphęrę ad cuius motũ: vt sæpe dictũ ē: orbes deferētes auges planetarꝫ mutant: triplex inest motꝰ. Venus qdē a prio mobili. s. diurnus: quo in die naturali semel sup polis mũdi reuoluit. Alter a nona sphæra q̃ ꝑm mobile vocat: q̃ semp est ꝑm successionē signorꝫ cõtra motũ primũ sup polis zodiaci regularis: ita vt inqbuslibet. cc. annis ꝑ vnũ gradũ &. xxviii. minuta fere ꝓgredit hic motꝰ augmũ & stellarꝫ fixarꝫ ī tabulis appellatur. Et ē arcꝰ zodiaci primi mobilis iter caput arietis primi mobilis & caput arietis nonę sphęrę. Supficies nãq; ecliptice nonæ sphęrę sp est ī supficie ecliptice primi mobilis. Tertiꝰ ãt ē sibi ꝓpriꝰ: q̃ motꝰ trepidatiõis vocat siue accessus & recessus octauę sphęrę: & fit sup duos circulos paruos ī cõcauitate nonæ sphęrę æq̃les sup principia arietis & libræ eiusdē ꝓscriptos: sic q̃ duo puncta certa octauę sphęrę q̃ capita arietis & libręę eiusdē vocant diametraliter opposita circũferētias taliũ duorꝫ circulorꝫ nonæ sphæræ regulr describãt: cum hoc q̃ ecliptica octauę sphęrę sp ītersecet ecliptica nonę: dũ ītersecat saltē in capitibꝰ cãcri & capricorni nonę diametralr oppositis. Vñ seqtur cũ vnꝰ eorũdē pũctorꝫ octauę sphęræ ē ī medietate sui circuli meridiani: alter erit īmedietate sui circuli septētriõali ecliptica quoq̃ octauæ sphęrę sp ecliptica nonę ī partes æquales dũ secat secabit atq̃ portiões circulorꝫ paruorꝫ alternati æquales velocitatis vero motus istius regula est ista: vt q̃libet duorꝫ punctorũ circũferentiã sui parui circuli in quo circunfert in septē milibus annorũ precise perficiat.

Theorica motus octauę sphęrę.



Quãquã ãt hoc motuꝫ predicta duo puncta. s. capita arietis & libręę octauę sphęrę duas æquales circulorꝫ circũferētias describãt: nulla tñ alia pũcta eiꝰ circũferētias circulorꝫ describere cõtigit. Capita vero cãcri & capricorni octauæ sphęrę q̃si figuras conoidales hñtes ꝓbasi lineas curuas vtrinq̃ a capitibus Cãcri & Ca

pricorni nonę pagere necesse est. Vnde & qñq; pcedent ea; qñq; vero sequent qñq; ãt cõiũgunt: Cõiungunt.n.caput cãcri octauæ & caput cãcri nonę dũ caput arietis octauę fuerit ĩ maxĩa latitudĩe ab ecliptica nonæ: qd accidit in circulo magno p polos zodiaci nonæ & cẽtra circulorũ trãscũte. Poli ãt ecliptícæ octauę ĩproprie dicti poli qñq; accedũt ad polos ecliptícę nonæ: qñq; sunt sub eis: qñq; vero ab eisdẽ remouent: talis tñ accessus & recessus semp est sup circulo magno per polos zodiaci nonæ & cẽtra circulorũ paruorũ eunte.

Theorica alia.



¶ Cõtigit itaq; vt ecliptica octauæ sphęrę subdiuersa eiꝰ hĩtudĩe successiue ĩ diũsis suis ptibꝰ æqnoctialẽ primi mobilis ĩtersecet atq; ĩtersectio talis nunci ipso capite. Arietis primi mobilis accidat nũc citra: nũc vltra: ita vt in tpe quo cẽtrũ parui circuli reuolutionem vnã pficit q̃ in .xlix. milibꝰ annorũ cõtingit loquẽdo naturalĩr quilibet pũctus ecliptícæ octauę sphæræ æquinoctialẽ ꝓpe caput Arietis atq; ẽt ꝓpe caput libre primi mobilis secuerit q̃ quidẽ sectiões ĩ æqnoctiali accedere qñq; ad capita arietis & libręprimi mobilis qñq; ãt ab eisdem remoueri vident: aliqñ quoq; ꝑm aliqñ cõtra successionẽ signorũ progrediẽdo. Vnde fit vt maxime zodiaci declinatiões variabiles existãt. Hĩc itaq; cõtigisse credit a diuersis astronomis diuersis tẽporibꝰ earũdẽ maximarũ zodiaci declinationũ quãtitates fuisse ñ ęq̃lĩr iuẽtas. Maiores nãq; repte sũt a Ptolæmeo q̃ ab alemone q̃ vtiq; cũ sil'ibꝰ viis & modis ꝓcesserũt vix alĩr tali q̃ motꝰ diũsitate vel sil' sic dictũ ẽ mõ euenire potuit variationẽ ãt sectiõis ecliptícę octauę & ęqnoctialis respectu Arietis primi mobilis necessario seqt̃ vt æqnoctia sil'r solstitia cõtinue diuersificent.

¶ Vnde non semper cum Sol in capite Arietis primi mobilis fuerit necesse est æquinoctiuꝫ accidere sed stat antea fuisse vt postea secuturꝫ esse: scilicet cum fuerit in sectione prędicta. Ex quo nãq; sicut supra dictuꝫ est orbes augẽ solis deferẽtes super axe eclipticę octauę sphæræ ad motum eiusdẽ sphæræ mouentur: & orbis solem deferens super axe prędicto axi æquidistanti: necessario sequet: vt centrũ corporis solaris



semper in superficie eclipticæ octauę sphęrę reperiat. Hęc aũt superficies sępe immo frequẽter est extra caput Arietis primi mobilis: quare sequitur illatum. Similis de variatione solstitiorũ est ratio. Ex quibus quidẽ primo concluditur nõ esse necessariũ existẽtem Solem in capite Arietis vel Libręprimi mobilis nullã habere declinationẽ ab æquinoctiali. Secundo similiter nõ esse necessarium ĩ capite Cancri vel Capricorni primi mobilis Solem existentem ab æquinoctiali declinationẽ habere maximã. Stat enĩ Solem esse ĩ circulo per polos eclipticæ primi mobilis & caput Arietis eisdẽ transeunte & tamen esse extra superficiẽ ęquinoctialis. Similiter stat eum esse ĩ circulo per polos zodiaci primi mobilis & caput Cancri eiusdem eunte: & tamen tunc ab ęquinoctiali declinationẽ non habere maximam sed antea in ipsa fuisse vel postĩ ea esse futurum. Hęc etiam sequitur tropicos cancri & capricorni continue respectu æquinoctialis variari: nunc quidem versus eum propinquando: nunc ab eo elongando. Certos tamen limites quos exire non potest habet illa variatio. Ex his autem stellarum motibus satis apertum est motũ aggregatum ex motibus nonę: & trepidatione octauę quandoq; ꝑm successionem nunc quidẽ velociter nunc tarde: quandoq; aũt stationarium & quan-

doq̃ cõtra successionem cõtingere secundum diuersum situm capitis arietis octauę sphæræ in circunferentia sui parui circuli. Difficile igit valde fuit huius motus antiquis reperire qualitatẽ. Vnde diuersi diuersimode ĩ hoc fuerũt imaginati. Aliqui namq̃ dicebãt auges & stellas fixas moueri per nonningentos annos versus oriẽtem cõtinue vsq̃ ad gradus septem. Deide per alios nonningentes annos tantũdem ecõuerso versus occidentem. Albategni vero dicebat eas moueri vno gradu ĩ sexagita annis & quattuor mensib⁹ semper versus orientem.

Theorica ad terminos spectans.



Alfraganus ãt putauit q̃ ĩ cẽtũ annis vnũ gradu; sp̃ versus oriẽtẽ perficerẽt. Mediꝰ itaq̃ motꝰ accessus & recessus octauę sperę est arcus circuli parui apũcto supmo q̃rtę ꝑm successionem signorum vsq̃ ad caput arietis octauæ sphæræ ꝛputatꝰ ęquatio autez octauæ sphæræ est arcus ecliptice nonę Sphęrę centruz parui circuli & circulum magnũ a polis ecliptice nonę per caput Arietis octauæ transeuntẽ ĩteriacens. Cum igit medius motus accessus & recessus nihil fuerit aut semicirculus: nulla fit dicta æquatio sed si nonagita gradus aut. cclxx. fuerit ipsa erit maxima. Cum autẽ talis motus accessus & recessus fuerit semicirculo minor: ęquatio erit semper addenda: sed cum maior fuerit: erit minuenda.

¶ Thebit vero duplicẽ tm̃ octauę sphærę motũ inesse dixit vnũ a prio mobili siue sphæra nona: diurnũ. s. Aliũ vero ꝓpriũ scilicet trepidatiõis q̃ fit sup

circulis paruis. Duplicē ecliptica asseruit: fixā qdē ī nona sphęra: mobilē sunt ī octaua: ita vt capita Arietis & libræ mobilis circūferant̄ ī duob⁹ circulis paruis quorꝫ media seu poli sunt ipsa capita arietis & libręꝫ ecliptica fixęꝫ: & arc⁹ ecliptice fixe inter polos horꝫ paruorꝫ circulorꝫ & circūferētias suas quatuor gradus hēt. xviii. minuta. xliii. secūda. Dixit āt capita Arietis & Libręꝫ mobilia taliter circūferri vt cum caput arietis mobilis fuerit ī sectione parui circuli & æq̄toris occidentali ipm mouebit̄ in medietatē parui circuli q̄ ab æq̄tore septētrionalis est: caput āt Libręꝫ mobilis mouet̄ tūc per medietatē sui parui circuli q̄ meridiana est ab ęq̄tore. Et cum caput Arietis mobilis fuerit ī sectione ęq̄toris & sui parui circuli orientali: mouebit̄ ī medietatem parui circuli q̄ ab æquatore est meridiana. Caput āt Libręꝫ mobilis volue t̄ tūc per medietatem sui parui circuli septentrionalē ab ęq̄tore. At cum caput arietis mobilis fuerit in alterutro duorꝫ punctorꝫ sectionis ecliptice fixęꝫ cum paruo circulo statuet̄ ecliptica mobilis directe ī superficie ecliptice fixe qd̄ ī vna reuolutōe capitis Arietis mobilis in suo circulo paruo bis accidet. In oīb⁹ āt aliis locis capite Arietis mobilis ī periferia sui parui circuli locato: ecliptica mobilis secabit ecliptica fixā in punctis qdem capitum cācri & capricorni mobiliū nā hęc duo puncta ecliptice mobilis semper circūferentie ecliptice fixęꝫ in hoc motu cohęrent vt nusquā ab ea recedāt. A capitib⁹ tñ Cācri & capricorni fixorū per quātitatē q̄tuor graduum. xviii. minutorꝫ. xliii. secundorū elōgari versus orientē aut occidentem cōtingit. Vbicunq̄ etiā sectio harꝫ ecliptica rꝫ fiat ipsam necesse est a prīcipiis arietis & libręꝫ mobiliū per quartā circuli magni distaret. Licet vero ī vna reuolutione capitis arietis mobilis ī suo circulo paruo bis accidat vt capita Cancri & capricorni mobilium statuant̄ sub capitib⁹ cācri & Capricorni fixorꝫ: nūquā tñ capita arietis & Libręꝫ mobiliū sub capita arietis & Libræ fixorꝫ peruenīet. Nā dū ecliptica mobilis cōtinget circulū paruū a parte septentrionis in puncto arietis mobilis: capita cācri & capricorni mobilia iuncta sunt cum capitib⁹ fixorꝫ. Sil̄r accidit in cōtactu meridiano: sed capita arietis & libręꝫ sp a capitib⁹ fixorꝫ quātitate q̄ dicta ē: distāt. Ecliptica ēt fixa semp secat eq̄torem in capitib⁹ arietis & Libræ fixorꝫ ad angulum semper eundem puta. xxiii. graduū. xxxiii. minutorꝫ: &. xxx. secundorū sed ecliptica mobilis ęq̄torem successiue secat in singulis punctis cōprehēsis in duob⁹ arcub⁹ quos ecliptica mobilis in duob⁹ sitibus cōtactuum ab æq̄tore separat & quātitas cuiusq̄ ē circiter. xxi. gradus &. xxx. minuta. Est. n. maxima distātia capitis Arietis mobilis a sectiōe ecliptice cū æq̄tore p gradus decem &. xlv. minuta. Vñ maxima declinatio ecliptice mobilis ab ęq̄tore variabilis ē maior qñq̄ declinatione ecliptice fixęꝫ: quādoq̄ minor eadē: qñq̄ sibi ęq̄lis. Tunc enī ęqualis est illi cum mobilis sub fixę superficie fuerit: maior vero in sitib⁹ cōtactuum. Vñ eā Ptolęmeus. xxxiii. graduum. li. minutorꝫ. xx secundorꝫ reperit. Minor aūt dū caput Arietis mobilis ī sectione ęq̄toris & parui circuli fuerit. Nā tunc intersectio ecliptica rꝫ erit in puncto ecliptice mobilis maxime declināte q min⁹ declinat quā caput Cācri & Capricorni fi

Æquatio itaq; octauę sphęrę est arcus eclipticę mobilis inter caput Arietis mobilis & intersectionem eiusdem eclipticæ cum æqnoctiali ĩterceptus. Sed motus accessus & recessus est arcus circuli parui ĩter caput Arietis mobilis & intersectionem ęquatoris & circuli parui per medietatẽ circuli septẽtrionalẽ progrediendo. Hoc motu contingit vt stellæ fixæ videantur nunc moueri versus orientẽ: nunc versus occidentẽ: nunc motu veloci: nunc motu tardo. Nã cum fuerit caput Arietis mobilis in quantis parui circuli ab ęquatore videlicet prope situs cõtactum de qbus diximus tarde videntur moueri versus eã partem versus quam est motus earum: ꝙ tunc æquatio octauę sphæræ parum crescat aut decrescat. Sed cum fuerit caput Arietis mobilis in alterutra sectionum æq̃toris & circuli parui vel ꝓpe: velociter moueri videbunt̃ stellæ ad eam partem ad quã est motus earum: ꝙ sub eisdẽ sitibus æquatio octauæ sphęrę plurimum crescat aut decrescat. Hinc diuersitas manifesta in motu earum inuenta est. Ptolęmeus enĩ earum loca tempore suo verificata comparauit ad loca earũ ab Hipparcho & aliis inuenta: reperitq; motas motu tardo videlicet ĩ centum ãnis gradu vno. Nã tunc caput Arietis erat separatum a puncto q̃rtę circuli parui meridianę versus æquatorẽ accedens. Posteriores vero dum magis accederet inuenerunt moueri ĩ sexaginta sex annis vno gradu. Nunc nr̃o tempore scilicet Anno domini. M.cccc.lx. factum ẽ caput Arietis septentrionale fere sexaginta sex gradib⁹ a sectione parui circuli & æq̃toris distans. Vnde & a sectiõe eclipticę mobilis cũ æq̃tore nonaginta gradibus quadraginta octo minutis fere distat. Sectio igit̃ iã fit super viginti gradibus duodecĩ minutis Piscium eclipticę mobilis. Maxima autem æquatio octauæ sphæræ cõtingit dum caput Arietis mobilis fuerit sup pũctus quartas circuli parui ab intersectionibus eius cum ęq̃tore distinguẽtibus: & est decem graduum quadraginta quinque minutorum. Vnde quilibet punct⁹ a decem nouem gradibus qndecim minutis Piscium vsq; ad decem gradus quadraginta quinque minuta Arietis eclipticæ mobilis põt fieri ĩ loco ĩtersectionis quę est pũctus ęqualitatis vernalis. Idem intelligendum de puncto æqualitatis autumnalis in arcu opposito. Cõstat ẽt puncta tropica nõ semper esse in capite Cancri aut Capricorni mobilis: sed in punctis p quartã a sectione ęquatoris cũ ecliptyca mobili distãtibus. Ptolæmeus itaq; iudicãs stellas tẽpore suo moueri ab occidẽte in orientẽ credidit vnum tm̃ esse zodiacũ fixum. s. qui semper eandẽ haberet declinationẽ ab æquatore: ad qd̃ sequit̃ id quod dixit. Nã ex quo stellę meridionales a tropico hyemali recedentes accedebãt versus punctũ ęqualitatis vernalis & inter hoc punctũ & tropicũ ęstiuum in partẽ septẽtrionalis recedebãt ab ęquatore: iudicauit moueri ꝓm successionem signorũ. Sed supposito hoc motu tempore suo ĩ rei veritate moue/bantur contra successionem signorum ecliptycę fixę. Verum est tamen ꝙ ꝓpter ęquationem octauę sphęrę tunc decrescentem moueri visę sunt ad successionem signoꝝ ꝙ in ĩtersectione eclipticæ mobilis cum æquatore putabat esse caput Arietis zodiaci immobilis: quam ĩtersectionem semp fixam existi/

mabat. Hinc motum sequuntur omnes Sphæræ inferiores in motibus suis: ita vt respectu huius eclipticę mobilis sint auges deferentium & declinationes earum semper inuariabiles.

Theorica vltima octauę sphęrę.



¶ Hoc quoq; sideralis scientię singulare opusculum. Impressum Venetiis p Iacobũ pẽtiũ de Leucho. Anno Salutis. M.D.xix. Die vero. xxiiii. Decẽbris

A B C D E F Omnes sunt quaterni.